

## **Legia Catholica**

**Robertii, Johannes**

**Leodii, 1633**

10. Sanctorum Reliquiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](#)

rum hominum Ecclesijs, tum  
Parœcijs sub Vesperam decan-  
tantur eiusdem Virginis Matri  
Laudes, quas Leodiensis Popu-  
li usus *Gratiæ* vocat: ideo o-  
pinor, quod Deo gratiæ refe-  
runtur pro beneficijs, nobis per  
Deiparæ preces, liberaliter ex-  
hibitæ.

De Imaginibus eius, & ho-  
nore, in quo Leodij sunt paulò  
pôst commodus erit locus di-  
cendi. Peregrinationes item ad  
loca quædam, peculiari eius ho-  
nori dedicata, & prodigijs à  
Deo nobilitata, infra recense-  
buntur. Claudamus iam hoc  
caput.

### IO. *Sanctorum Reliquia.*

**V**T antiquissima omittamus:  
recolantur hæc. Walcandus  
**35. S. HYBERTI** Sacrum Cor-  
pus

pus Leodio Andainum summo  
cum honore transtulit: quod i-  
bidem supra octo Secula, auctâ  
in immēsum gloriâ, magis, ma-  
gisque celebratur, etiam à Po-  
pulis longius dissipatis. Franco,  
38. SS. Virginum Remullæ, &  
Harlindis Exuuias, è terræ vis-  
ceribus, in apertum productas,  
& argenteo feretro, auro exor-  
nato, reuerenter impositas, pu-  
blicitus adorandas proposuit.  
Eraclius 45. idem præstitit Cor-  
pori Sancti Euermari Martyris.  
Notgerus 46. SS. Reliquias vn-  
dique studiosè conquisiuit, &  
varijs in Ecclesijs decenter cō-  
posuit Baldricus 47. S. Andreæ  
Apostoli Ossibus honorem de-  
tulit. Theoduinus 53. tum alio-  
rum Sanctorum Sacros Cine-  
res veneratus est: tum maxime  
S. Iacobi Apostoli, quos ab ul-  
que

que Compostella supplex petit, & gratulabundus obtinuit. Nec minore studio Obertus 55. S. Sepulcri, & S. Ioannis Baptistæ, ab Arnulpho Ierosolymitano Patriarcha, deferente Petro Eremitâ, transmissas Reliquias excepit. Alexandri 61. in Reliquiarum suarum honore pietatem expertus est Carolus Magnus, dum eas è terrâ leuavit: ut & S. Domitianus Radulphi 62. in simili officio: Sanctus Laurètius Martyr Alberti 64. qui Româ eius Lisanâ detulit: Sanctus Hadelinus Adolphi 75. in translatione sui Corporis: Sanctus LAMBERTVS Iohannis 83. qui & eius Reliquias, stimulante pietate, tumulo aperto, lustrauit; & eius Sacro Capiti, Festum, ut supra dixisse memini, insti-  
tuic.

Denique huc spectant tot  
Templa , tot Altaria , Sancto-  
rum Corporibus reponendis ,  
Leodij , & totâ Diœcesi ere-  
cta : de quibus in Episcopo-  
rum Catalogo legisti . Nec hîc  
repeto .

**II.** *Sanctorum  
Imagines.*

LOquantur ipsæ Imagines ,  
Quis cultus , quæ veneratio  
Sanctis , à Leodiensibus semper  
fuerit exhibita . Inspiciantur nō  
modo Ecclesiæ , Sacella , Ora-  
toria , Hospitalia , Ædium Sa-  
crarum , & Publicarum propy-  
læa , Cœmeteria : verum etiam  
Plateæ ipsæ , atque adeo viæ  
publicæ , itinera , agri , siluæ .  
Vbiq[ue] apparent sacra illa mo-  
numenta . Et vt Ecclesias , a-  
liaque loca sacra sileamus ;

vt